SAMMELHANDSCHRIFT MIT THEOLOGISCHEN TEXTEN
um 1455/1460 (Wasserzeichenbefund) Seite 207v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36925
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Tronus salomonis factus

Vel xij leniculi tronum decorabant
Quia xij priarche progenitores maie extiterunt
Duos leones magnos tronus habebat
Quia duas tabulas preceptorum maria cordis retinebat
Summitas ipius troni erat rotunda
Quia maria sine angulo erat sordium et tota munda angulo
Due manus sedile hincinde tenebant
Quia pater et spiritus a matre nunquam filii recedebant
Hic tronus quem verus rex salomon sibi ipsi fecerat
Et in universis regnis mundi tale opus non erat
Magi igitur venientes assumpserunt munera talia
Que tali puero videntur congrua et non alia
Aurum enim propter sui nobilitatem munus est regale
Per quod ostendebant puerum regem esse et se decere talem
Tus autem oblatio erat sacerdotalis
Et puer iste erat sacerdos cui nunquam fuit equalis
Cum mirra solebant antiqui corpora mortuorum condire
Et xpc sacerdos rex voluit pro salute nostra morte subire
Nos ergo debemus xo offerre aurum dilectionis
Eo quod pro nostra dilectione subiit morte amare passione
Tus devote laudis pro gratiarum actionem
Et mirram compassionis pro morte eius recordationem
O bone ihu da nobis ita te diligere et tibi condolere
Ut in celis perhenniter mereamur videre
Et cum tribus magis orientalibus eternaliter gaudere